



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liutprandi Ticinensis Diaconi Opusculum, De Vitis
Romanorum Pontificum**

Liutprandus <Cremonensis>

Moguntiae, 1602

XXVII. S. Felix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

A. CCLXXII.

FELIX, natione Romanus, ex patre Constantio, sedit annos 4. menses 3. dies 25. Hic martyrio coronatur 3. Kalend. Iunii. Hic ordinauit Episcopos 5. presbyteros 9. diaconos 5. Hic in epistola a, quam * Paternio Episcopo scripsit, detractores & inimicorum fautores ab Episcopali accusatione submoueri precipit. Similiter antecessores suos sequendo firmavit, ne summorum quispian minorum accusationibus impetatur, aut dispareat, neq; in re dubia certa iudicetur sententia, ne vllum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur. **ITEM**, si quis clericum super quibuslibet criminibus pulsandum crediderit, in prouincia, in qua consistit ille, qui pulsatus suas * exerat rationes, nec existimet eum accusator alibi, aut longius protrahendum ad iudicium; & si ille, qui pulsatus fuerit, suspectos habuerit iudices, liceat ei appellare primates. Primates quoq; accusatum discutientes Episcopum, non prius damnationis sententiam proferat, quam Apostolica freti auctoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter testes conuincantur, & cætera. In eadè subiunxit de Episcoporum iniusta damnatione, de eius, qui accusatus est, absentia, de proditoris calumnia, quæ antecessores suos sæpenumero in suis decretis præcepisse supra ostendimus.

^b Prædictus verò Pontifex auditis omnium Episcoporum querimoniis qui per Galliæ prouincias constituti fuerant, & eorū oppressionibus paternè compassus, conuocatis amplius quam 50. Episcopis, propter malignorum hominum insidias, qui in Ecclesiã & Ecclesiasticos viros sæuiebant indifferenter, Synodali decreto Episcoporum constituit de accusatione, vt accusator, si est idoneus, non prius cuiuslibet Episcopi causam apud Primates deferat, quam eum caritatiuè conueniat, & cum ipsam causam corrigere nolle intelligit, tunc demum ad summos Primates causa eius canonicè deferatur, qui videlicet primates congruo tempore, id est, autumnali, vel æstiuo, & congruo loco, vel infra prouinciam. Concilium omnium comprouincialium conuocare regulariter debent: quò & ipse regulariter conuocatus venire debet, si eum infirmitas, aut alia grauis necessitas non detinuerit. Nam si suis, aut Ecclesiæ rebus sibi commissis fuerit expoliatus, aut in detentione aliqua à suis ouibus fuerit sequestratus, antequam in pristinum honorem

a Epist. 1.

* Paterno.

3. q. 4. c. detractores.

2. q. 7. c. maiorum.

3. q. 6. c. si quis.

* exerceat actiones.

2. q. 1. c. primates.

11. q. 3. c. irritum.

b Epist. 2.

* 70.

3. q. 2. si Episc.

norem cum omni priuilegio restituatur, & sua omnia legibus redintegrentur, nec conuocari, nec iudicari canonicè poterit. Post restitutionem verò suam, & suorum redintegrationem, tunc regulariter infra 4. vel 5. vel 7. menses, iuxta quod possibilitas fuerit, conuocatus ad Concilium legitimum & idoneum veniat, & si ita iustè esse videatur, accusantium propositionibus respondeat. Admi-^{3. q. 3. c. si a-}mi namq; Episcopo Episcopatum, antequam causæ eius exitus ap-^{grotans.}pareat, sacrilegium est, & auctor talium sacrilegus. Si verò ægrotas fuerit Episcopus, aut aliqua eum necessitas detinuerit, pro se legatum ad Synodum mittat, ne à communionem suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicium die statuta litteris euocatus minimè occurrerit. Quod si ad causam dicendam ex vtraq; parte venerint, qui vnus absque altero audiri non debet, quærendum est in iudicio, cuius sint conuersationis & fidei atq; suspicionis accusatores? aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conuersationis & recte^{3. q. 10. c. si ac-} fidei, & qui omni careant suspicionem. Si verò culpabiles iudicio Epi-^{cusatorum.}scoporum accusatorum personæ apparuerint, ad arguendum non admittantur. Absente verò aduersario accusator non audiatur, nec^{3. q. 9. c. absen-} sententia absente parte alia à iudice dicta vllam vim obtinebit, nec^{te.} absens per alium accusare aut accusari potest, nec affinis testis ad-^{3. q. 6. c. pere-}mittatur. Peregrina item iudicia generali sanctione remouit. Item^{grina.} in eadem Synodo super memorias Martyrum Missas celebrari constituit, ne memoria eorum à malis possit extinguì, aut veneratio prohiberi.

XXVIII.

S. EPTYCHIANVS.

A. CCLXIV.

EVTYCHIANVS, natione Tuscus, ex patre Marino, de ciuitate Lunis, sedit annum 1. mensem 1. diem 1. Fuit autem temporibus Aureliani, à consulatu Aureliani tertio, & Marcellini. Hic ordinauit Episcopos 9. presbyteros 14. diaconos quinque. Hic^{epist. 2.} martyrio coronatur 8. Kalend. Augusti. Hic in epistola^a, quam Iohanni Episcopo, & cæteris Episcopis per Bœticam prouinciam constitutis misit, constituit, vt fabæ & vix, & cætera quæ Apostoli constituerunt, ad altare offerantur, cæteræ verò species ad do-^{Canon. 6. 4.} mum sacerdotum deferantur, & simplici benedictione benedictæ à populis ita demum sumantur.

D 3

Hic